



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclusio V. De quinto titulo iuste poessesio[n]is, scilicet Ex legato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

A C T A  
CONCLUSIO V.

De quinto titulo iuste possessionis, scilicet Ex legato.  
Famosus est qui legatum sibi ascripserit, depilauerit, & a quibuscunque legatariis siue iustis heredibus (cum sint conditionati domini legatorum) abstulerit, lege cornelia & capitali iudicio publico damnandus.

Quintus iuste possessionis titulus, est legatorum uigore acquirere. Et est legatum donatio a defuncto relicta, ab herede praestanda in le. Si fundum ff de lega. & insti. de lega.

Quum igitur legatarius uerus efficit dominus accepti legati, sibi quoque dominium conquisiuit. Consequitur ex praecedentibus omnes eos famosos esse, qui clericis monachis sacrosanctis ecclesiis huiusmodi relicta bona auferunt. Lex enim cornelia eos punire iubet publicis iudiciis ff Ad le. Cor. de fal. le. i. par. ad testamenta & le. Si quis legatum.

CONCLUSIO VI.

De sexto iuste possessionis titulo. Ex donatione.

Famosus est qui donationes mortis uel non mortis causa factas, aut certe elemosinas religiosis datas, quarum sunt ueri domini, audet auferre, infringere, abripere, capitali iudicio plectendus.

Donatio iuste possessionis titulus, est bona acquirendi insti. de dona. par. Est & aliud. Sic ut is cui donatus uerus est dominus donationis bonorum, & acquirit dominium. Ideoque nec ullum adest dubium si quis eiusmodi donata bona inuito eo alienata auferat &c. furem illum esse & raptorum, & ob id famosum, quippe quod publicis debeat iudiciis plecti ac damnari.

Etsi hic fortasse iuste adest exceptiones ut scilicet ingratitudinis insti. de dona. par. Sciendum tamen, aut certe non essent donationes perfectae uel insinuatae insti. eo. par. Aliae autem, uel essent immensae donationes quomodocumque hoc accidere posset, id omne his ecclesiae furibus prodesse non potest, quippe quod illud neque iure est intentatum, neque per sententiam definitum.

Conclusio